et ad extremum de civitate
exire compulsus · italiam re:
petens · Cum interea gallias quoque
discessu sancti hilarii quem ad:
exilium hereticorum vis coe:
gerat · turbatam ecclesiam com:
perisset · mediolani sibi mo:
sterium statuit · Ibi quoque eum aux:
entius auctor et princeps ar:
rianorum gravissime insectatus
et multisque affectum in:
iuriis de civitate exterminavit
Cedendum itaque tempori
arbitratus ad insulam cui
gallinaria nomen est seces:
sit · Comite quodam presbytero
magnarum virtutum viro · hic
aliquamdiu radicibus vixit
herbarum · Quo
tempore helleborum venena:
tum ut ferunt gramen in ci:
bum sumpsit · Sed cum vim ve:
neni in se grassantis vicina
iam morte sensisset · immi:
nens periculum oratione repulit
· Statimque omnis dolor fugatus
est
" Et multo post cum sancto
hilario comperisset regis
penitentia potestatem in
dultam fuisse redeundi rome
ei temptavit occurrere · pro:
fectusque ad urbem · Cum iam
hilarius preterisset · Ita eum

est vestigiis prosecutus · Cumque
ab eo gratissime fuisset su:
sceptus · haud longe sibi
ab oppido monasterium col:
locavit · Quo tempore se
ei quidam catechuminus iunxit
cupiens sanctissimi viri institui
disciplinis · Paucisque
interpositis diebus · languore
correptus vi febrium labo:
rabat · Ac tum martinus
forte discesserat · Et cum
per triduum defuisset regressus
exanime corpus invenit
Ita subita mors fuerat
ut absque baptismate hu:
manis rebus excederet
Corpus in medio positum
tristi merentium fratrum fre:
quentabatur officio · Cum mar:
tinus flens et heiulans
accurrit · Tum vero tota
sancti spiritus mente concipiens
egredi cellula in qua corpus
iacebat ceteros iubet · Ac
foribus obseratis super ex:
animata defuncti fratris me:
bra prosternitur · Et cum
aliquamdiu orationi incubuisset ·
sensissetque per spiritum domini ad
esse virtutem erectus pau:
lulum et in defuncti ora
defixus orationis sue ac mise: